Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Quia dixit. Vadam post amatores
meos qui dant panes meos mihi
et aquas meas et lanam meam et li
num meum et oleum meum et po
tum meum. Propter hoc ecce ego
sepiam viam tuam in spinis et se
piam eam maceria et semitas suas
non inuenet et sequetur amatores
suos et non apprehendet eos et quer
eos
et non inuenet et dicet. Vadam et
reuertar ad virum meum priorem
quia bene mihi erat tunc magis
quam nunc. Et ipsa nesciuit quia
ego dedi ei frumentum et vinum et
oleum et argentum multiplicauimus ei
et aurum quod fecerunt baal. Ido
circo conuertar et sumam frumentum
meum in tempore suo et vinum me
um in tempore suo et liberabo lanam
meam et linum meum que ope
rebant ignominiam eius. Et
nunc reuelabo stultitiam eius in
oculis amatorum eius et nemo
eruet eam de manu mea et cessa
re faciam omne gaudium eius
sollempnitatem eius. Kalendas
eius. Sabbatum eius et omnia
festa et tempora festorum eius. Et
corrumpam vineam eius et ficum
eius. De quibus dixit. Merces
hee mee sunt quas dederunt mi
hi amatores mei et ponam eam in
saltum et comedet eam bestia a
gri et vastabo eos. Et dies baa
lim quibus accendebat incensum
et ornabatur in aure sua et mo
nili suo et ibat post amatores suos
et mei oblitus erat dicit dnus

Propter hoc ecce ego lactabo eam
et educam in solitudinem et loqar
ad cor eius et dabo ei vinitores eius
ex eodem loco et vallem achor. Ad a
perendam spem. Et cantet ibi iuxta
diem iuuentutis sue et iuxta dies
ascensionis sue terra egipti. Et erit
in die illa ait dominus. Vocabit me
uir meus et non vocabit me vltra ba
alim et auferam nomina baalim
de ore eius et non recordabitur vltra
nominis eorum. Et feriam eis
fedus in die illa cum bestia agri
et cum volucre celi et cum reptile
terre et arcum et gladium et bellum
conteram terra et dormire eos fa
ciam fiducialiter et sponsabo te mihi in
sempiternum et sponsabo te mihi in
iustitia et iudicio et in misericordi
et in miserationibus et sponsabo te
mihi in fide et scies quia ego dns.
Et erit in die illa exaudiam dicit
dominus exaudiam celos et ipsi
exaudient terram terra exaudiet
triticum vinum et oleum et isti exau
dient iezrahel et seminabo eam mihi
in terram et miserebor eius que
fuit absque misericordia et dicam non
populo meo. Populus meus es tu et ipse
dicet. Deus meus es tu.

III

Et dixit
dominus ad me. Vade ad
huc et dilige mulierem di
lectam ab amico et adulteram.
Sicut dilexit dominus filios israel
et ipsi respiciunt ad deos alienos
et diligunt vinacia vinarum. Fodi
eam mihi. xv. argenteis et chord

Osee.